



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118871

§. 40. Heidelbergensis Principum Catholicorum Conventus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67394)

Sæc. XVII.
A. C. 1629.

§. XL.

Heidelbergensis Principum Catholicorum Conventus.

*Theatr. Europ. p. 1310.
Et tom. 2.
part. 38.
Lotich. rer. Germ. p. 650.
Adl. r. l. c.
pag. 202.*

Januario Mense ad finem vergente Anselmus Casimirus Moguntinus lector, necnon Maximilianus Bavarus ceterique foederis Catholici Principes de communi Imperii bono deliberaturi Heidelbergam convenere: Integro perenne Mense consultatum, tandem veni communi omnium suffragio decretum est, Legatos ad Cæsarem esse mittere, supplices, ut ad reddendam Germaniæ pacem Imperator (prout in Mulhusano conventu ipse suggerisset) de opportunis calamitosi belli avertendi mediis cum omnibus Imperii Electoribus sine mora deliberaret, atque ad tollendam Saxonici Electoris dissentiam mentem suam circa conceptam reformationis decretum eidem sincerè aperiret, certusque esset, quod omni bellici apparatus, quos Catholici Principes foedere juncti fecissent, duntaxat ad stabiliendam Germaniæ pacem, quod Lubecensi pacto nondum sat firma consisteret, necnon ad coercendos Cæsaris hostes spectarent: de cetero viginti septem foederati exercitus millia partim ex foederis ærario, partim ex regionum

Sæc. XVII.
A. C. 1629.

gionum occupatarum exactionibus a-
lenda sub signis retineri oporteret. Cum
autem Cæsar nuper Fœderatis Princi-
pibus præcepisset, ut Equestres suas
legiones e Franconico & Suevico cir-
culis educerent, vel dimitterent, Cæ-
sarem rogare jubebantur hi Legati, ne
Fœderati has copias in suas quisque
ditiones utpote omnino exhaustas ad
hiberna inducere cogerentur, sed po-
tius Cæsar Tillio, ceterisque suis Bel-
liducibus præciperet, quatenus hi cum
Fœderati exercitus Præfectis de æquali
utrumque exercitum in hiberna distri-
buendi modo convenirent, secus enim,
si Cæsarei Belliduces suo arbitrio Fœ-
deratos ex stativis expellere præsume-
rent, hi se opponere cogerentur. Po-
stremo hi Legati Cæsarem monere ju-
bebantur, decrevisse Fœderatos Prin-
cipes, quod Archiepiscopus, Episco-
patus, Ecclesias, aliasque Provincias
utpote nonnisi immensis suis sumptibus
ab hoste recuperatas nequaquam red-
dituri sint, nisi refusus prius hisce ex-
pensis, ac præstita cautione congrua.

Verum huic consultationi exiguus
respondebat successus, partim quod
Sueciæ Rex pacis consilia nondum ma-
tura, inopina irruptione everteret, par-
tim quod inter Cæsareos ac Fœderatos
æmulatio, & mutua nimis potentis
formi-

Sæc. XVII. A. C. 1629. formido gliscere inciperet, ac præpue Fridlandus alieni Imperii impotens foederatum militem exauctorari, ac que ad se solum totam armorum auctoritatem, arbitriumque revocari percuperet.

§. XLI.

Gravissimæ Electorum, Principum Ordinumque Catholicorum querelæ super Ecclesiasticis bonis post Passaviensem pacem interceptis.

Lotich. rer. Germ. l. 25. cap. 1. Adl. An. Boic. part. 3. t. 14. Theatr. Europ. tom. 2. pag. 1. Jæger Hist. Ecc. p. 458. Brachel. hist. l. 3. p. 149. Hæc dum Lubecæ, ac Herbipoli reddenda pace gerebantur, antiquum belli in Imperio novis denuo turbis exarsuri argumentum suppeditatum est. Jam dudum enim Electores, Principes, ac Catholici Germaniæ Ordines iniquo ferebant animo, non modo ante Passaviensem transactionem solâ Lutheraniæ sectæ obtentu, per invidiosam possessionem proin nec temporis progressu validam, nec non per iniquam armorum vim, sibi legitimæ ac diuturnæ possessionis jure suffultis totius Episcopatus, Ecclesiarum bona, Collegia & Monasteria fuisse erepta, sed etiam post præfatam pacem, contra ejus pacta conventa, ac sanctionem juramenti religione firmatam a Protestante